

ad Equum tuticum		
XVI		XXXIII
ad Matrem magnam		Sentianum
XX		XXIV
in Honoratianum		Baleianum
XXVIII		XII
Venusium		
XV (XII)		
Opino (ad Pinum)		
XXIX		
ad Bradanum fl.		
XXIV (XVIII Scor.)		
Potentia		
XXIV		
Acidios		
XXVIII		
Grumento		
XXVII		
Semuncla		
XVI		
Nerulo		
XIII		
Summurano		
XXI		
Caprasis		
XXVIII		
Consentia		
XVIII		
ad fl. Sabatum		
XVIII		
ad Turres		
XXI		
Vibona		
XVIII		
Nicotera		
XXIII		
ad Mallias		
XIII		
ad columnam		

Caput viae quod olim conieci fuisse Aequum tuticum mansionem viae Traianae celeberrimam, iam confirmant columnae duae cum numeris milium postea repertae n. 6965. 6966 ei capiti recte respondentes. Ad tramitem quod attinet, n. 6964—6966 steterunt inter Aequum tuticum et primam mansionem, sive ad Sentianum ea fuit sive quod magis credo ad Matrem magnam. Diversoria et haec et quae in itinero sequuntur ad Venusiam usque (in cuius agro reperta sunt miliaria huius viae 6967—6974 numeris praeter n. 6969 corruptum et ipsum carentia, sicut carent numeris quae sequuntur omnia) cum praeterea non memorentur, in itinerarium relatae mensurae probae sunt; nam duae viae Aeque Venusiam cum efficiant altera m. p. LXIV, altera paullo longior (quam non inepte credas deflexisse ad sinistram, ut Aufidum commodius transiret per pontem viae Appiae, hodie *Ponte di S. Venere*) m. p. LXIX, recta regione oppida distant m. p. c. LI. At in tractu Venusia Potentiam, quae distant unius diei modico itinere, aut numeri itinerarii perturbati sunt aut, quod conieci vol. IX p. 43, duae viae confusae haec Venusia Potentiam et Appia antiqua Venusia Tarentum. Pertinuit ad hunc tractum cippus Lagopesolanus n. 6972 ibi fere collocatus, ubi Bradanum fluvium Herculia transit. Potentia Grumentum cum duplici via perveniatur, altera per Anxiam, hodie Anzi, ab Herculia aliena est; nam ad Marsicum novum reperti cippi eius n. 6973—6975 hoc iter eam tenuisse ostendunt. Ipsi numeri, qui collecti efficiunt m. p. LII, recte respondent itineri ei, quod est m. p. ad minimum XLV. Uterius eius viae cippi adhuc non perveniunt, neque constat, utrum ad Nerulum (prope Rotondam) finierit incidens ibi in antiquam viam Capua Regium an huius quoque parte extrema adsumpta Herculia ad Regium perducta sit.

6961. 6962 [= 6296 b. 6299] Ariani in aedibus seminarii *nelle officine inferiori*. Ibi frustra quaesivi EGO.

6961	D · D · N · N	6962	D · N
	DIOCLET....		IOVIANO · AVG
	MAXIMI....		PIO · FELICI · INVIC
	INVICT....		TO · BONO · REIP
5	CONST.....		NATVS
	MAXIM.....		
	CAES.....		

Ioviani titulum dederunt *Giorn. enciclop. di Napoli* 1783 Iul. p. 93; Lupoli iter Venus. p. 149; Vitale *Ariano* p. 19; utrumque Romanelli topogr. II, 338 a Cassitto acceptos.

6962, 1 D·H Vit. — 3 PIO·FELICI om. Romanelli. — Hic addit in fine

ad Diocletiani titulum:	ad Ioviani titulum:
AB · AVFIDENA	AB · AEQVO
LXXVII	M · P · VII

Quae cum habeant auctorem ne quid gravius dicam parum certum, obstet silentium Vitalis, Ariani degentis viri et satis diligentis, ne ab auctore quidem tuta sunt, multo minus autem ab argumento. Numerantur sane in itinero Antonini p. 102 Aufidena Aequum per Aeserniam et Bovianum m. p. LXXXIII vel LXXXIV, videturque ita qui haec scripsit de loco cogitasse qui Aufidena distaret m. p. LXXVII, Aeque m. p. VII; sed ab eiusmodi loco lapidem delatum esse Arianum ut magnopere offendit, ita nullo modo explicari potest, quomodo in hoc uno harum partium lapide miliario duo capita viae indicentur pro uno, deinde capita ea sint alterum oppidum exiguum, alterum vicus adeo re publica carens, neque propria via ulla coniuncta. Itaque quin haec ficticia sint non dubito.

6963 [= 6297] columna fracta alta palm. 2. Monteleone [VIII m. p. ab Ariano orientem versus] in ecclesia GVARINI.

ut n. 6964

Guarini *appendice ad alcuni monumenti antichi* (1828) p. 3.

Versus aliter dividuntur. — 6 POTESTATE... | ...VII·M exemplum hic desinens.

6964 [= 6297] *colonna di marmo piombino*, alta palm. 4¹/₂, diametr. palm. 1 unc. 1 vit.; alta palm. 4, diam. palm. 2²/₃ GVAR. Zuncoli (errore Runcoli NOV.) [VI m. p. ab Ariano] OMNES; in loco dicto S. Caesarii territorii Arianensis vit.; in aedibus dd. de Susanna GVAR.

IMP · CAES
M · AVREL · VALER
MAXENTIVS · P · F
INVICTVS · AVG
5 PONTIF · MAX · TRIB
POTESTATE · eos · II VIAM
HERCVLIAM · AD · PRI
STINAM · FACIEM
RESTITVIT

Novelle Fiorentine 1751 p. 10 (inde Donat. 220, 1) ab Ernesto Freeman Anglo qui non emit, ut aiunt, sed descripsit; Vitale apud Marimum cod. Vat. 9128 f. 12 et *Ariano* p. 16; Guarini comm. XIII (1831) p. 58; Lombardi *mem. dell' Inst.* 1 p. 223 (inde Guarini *var. monum.* 1835 p. 46); Cassitto ms. Orelli 1068.

1 sic Cass., IMP·CAES NOV., IM·CAES Lomb., IMP·CAESAR Guar., IMP...AT C..S Vit. (IMP CAES Marini). — 2 om. Guar. — 3 P·F Vit. Lomb., P·EL Marini, P·FI Nov. Cass., P·P Guar. — 4 INVICTVS NOV. — 6 POTESTATIS·II·VIAM Guar., POTESTATE·VIAM plerique. — 7 HERCVLEAM Vit. Guar.; nexum habet Mar. — 9 RESTIVIT 'sic' Vit., RESTIVIVIT 'sic' Cass.